

Præte. in illa parte consistit imago Trinitatis respectu animæ, in qua saluatur consubstantialitas personarum cum essentia. Sed sic est quod substantialitas personarum conseruatur in essentia, vt intellectiua; intellecta, & amata, quia est mens vnica, & subiectum vnicum substratum, ergo.

*Imago in qua parte memoria.*

Præte. confirmatur, ex Augustino. Nam, d. Sanctus Augustinus. Mens cum amat se dicit duo. Primum est amans, secundum est amatum, quoniam sunt relatiua. Sed non amat se nisi se intelligat, ergo in vnica essentia est Trinitas noscentis, noui, & amati, ergo non penes actus, nec facultates.

*De Tri. c. 9.*

Præte. Inquit Doctor. In illa parte, dicitur esse Imago, secundum quam habet rationem eius, quod est melius, sed nihil est melius essentia. Nam actus, & habitus separari possunt, non essentia ab anima, ergo melius, ergo.

Præte. vbi seruatur ordo originis ibi datur Imago Trinitatis, vbi pater generat, filius generatur, & S. S. spiratur. At in essentia animæ seruatur ordo originis. Nam ex intelligentia animæ oritur intellectus sui ipsius: ex intellectu, sui ipsius oritur amor, quia amat se ipsam, ergo Imago in essentia. S. Thomas, & Scotus tenent, q̄ in actibus & non in essentia.

*S. Thomas.*

ARGUMENTA OPPOSITA.

Imago est representatio quædam distinctarum personarum in diuinis.

Sed persona diuina procedunt via originis distincte, ergo Imago

Debet sumi vbi datur talis distinctio, & processio, sed est in actibus, ergo.

}

Scotus d. q̄ Imago consistit in actibus primis, & secundis intellectus, & voluntatis. Nam imaginatur, q̄ in anima sint quatuor actus duo ex parte voluntatis, & duo ex parte intellectus.

*Scotus.*

Ex parte intellectus sunt obiectum intelligibile, & intellectio, obiectum dicitur etiam primus actus, & intelligere secundus actus; sic ex parte voluntatis primus actus est obiectum bonum, secundus vero dicitur esse velle. Ideo dicit. Cum memoria sit præsens intellectui, cuius est obiectum, ergo intelligit. Ecce igitur, intelligentia, ecce secunda persona, & cum intelligere sit quoddam bonum præsens volutati, voluntas amat, & sic oritur, 3. pars imaginis. Igitur consistit in primis, & secundis actibus.

3. Alij dicunt q̄ consistit in intellectu, Agente, Possibili, & voluntate. Intellectus agens præcisè, Intellectus possibilis, vt actualiter intelligit, & voluntas, vt amat. Patet. Vbi dantur omnes partes imaginis coniunctim, ibi datur imago, sed in intellectu agente, possibili, & voluntate dantur partes imaginis, ergo imago. Probo minorem.

Prima pars imaginis est memoria, quia continet omnia per modum parentis,

Secunda pars est intellectio, quæ est proles, quæ est actualiter intellecta, &

Tertia pars est voluntas, quæ amat intellectionem actualiter productam, ergo.

}

At intellectus agens cum sit causa effectiua precontinet omnia ad quæ sua causalitas se extendit, vt dicitur 3. de anima Text. com. 17. Est omnia facere, vt Sol, ergo est, vt memoria patens: Ecce igitur, 1. pars.

Intellectus possibilis, vt actu intelligit, quia producit ab agente dicitur esse secunda pars, voluntas amat, ergo. Henricus d. q̄ sunt quidam actus abditu in quibus stat. Hæc sunt, quæ volui colligere tanquam magis apparentia contra Doctorem nostrum, quibus sic respondeatis.

*Henricus.*

R E S P O N S I O N E S

Argumentorum.

Ad illud S. Thomæ. Quod in actibus. R. supponere vnum quod repugnat imagini, Imago est perpetua, Actus amouentur, ergo non in actibus: Ideo improprie & imperfecte in actibus consistit. Hoc est contra August. dicentem, Imaginem non consistere in retentione, cognitione, & dilectione, quia non manent semper, sed in patria euacuabuntur, imago est perpetua. Actus non.

*14. De Trini. c. 4. vel 5.*

Ita hoc modo dicitur Scoto, quod licet sit aliquo modo, imago tamen imperfecte quia actus abolentur.

Ad 4. vbi dicitur. Si imago est in anima, vt intelligens, intellecta, & amata, ergo continet actus intelligenti & amandi, sed isti actus sunt accidentales, ergo non saluatur consubstantialitas. R. q̄ actus isti possunt dupl. considerari.

Substantialiter, &

Originaliter, &

a duobus conseruatur.

Si quo ad substantiam actus pertinerent, tunc non saluaretur consubstantialitas.

Tamen si considerantur Originaliter tantum, quatenus vnus ab altero, & alter

Consubstantialitas conseruatur. Nam respectus relatiui non tollunt personarum

consubstantialitatem.

*Respectus relatiui non tollit consub.*

Ad 5. quando dicitur. Esse quod habet res in intellectu est accidentale, ergo si imago assignabitur, vt est intelligens, intellecta, & amata, erit sine consubstantialitate. R. q̄ non capitur consubstantialitas, à reduplicationibus, vt est intelligens, intellecta, & amata, sed sumitur penes animæ substantiam, vt intelligit, & ipsa intelligitur, & amatur.

Hoc habetur ex Aug. 9. de Trini. c. 2. Vbi dicit d. q̄ Verbum est Imago & similitudo memoriæ, & habet perfectâ, & æqualem similitudinem, quam mens ipsa quæ nouit. Ergo concludamus, q̄ in ipsa essentia ita imago, & sic soluta sunt difficultates. Habuistis igitur. In sequenti lectione tangam D. 4. Magistri in qua querit. An ista sit propositio vera Deus Deum genuit? R.

*2. c. 9. lib. 6.*